



I G I S M V N D V S. T E R T I V S
D E I G R A T I A R E X P O L O N I A E

Mag^{us} Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitia, Lituonia, nec non Suecor, Gottor, Vandalor, q^{ue} hactenus Rex. Significamus p^{re}sentibus literis n^{ost}ris quorum interest vniuersis et singulis. Quia nos benignam rationem habentes seruitorum Nobilis Alberti Krzuczki Notarij Cancellariae nostrae, tum etiam ad intercessionem certorum Consiliariorum n^{ost}rorum pro eo apud nos factam, consentiendum et permittendum presentibus literis h^{is}ce duximus, vt possit et valeat Aduocati^{am} in Oppido n^{ost}ro Veliciensi s^{icut} de manibus quorumuis modernorum possessor^{um}, ius et interesse aliquod ad eandem se se habere pretendenti^{um}, quor^{um} nomina et cognomina hic pro expressis haberi volumus, iustis pecunijs summis in ea ipsa Aduocati^{am} legitime inscriptis non tamen auctis, vel si inscriptae non sint, ex legitima taxatione Commissarior^{um} proueniens redimere: redemptamq^{ue} cum omnibus et singulis eiusdem aduocati^{am} commodis, fructibus, censibus, agris, pratis, siluis, nemoribus, fundis, arcis, hortulanis, tabernis, macellis, tum generaliter attinentiis, pertinentijs, et obventionionibus vniuersis ad eandem Aduocati^{am} legitime spectant^{em}, nullis penitus exceptis, aut pro quoquam alio reseruatis, prout a prioribus possessoribus tenebantur, et possidebantur eidem Alberto Krzuczki ad extrema vite illius tempora pacifice et quiete tenendam, habendam, et possidendam, damus, et concedimus. Promittimusq^{ue} pro nobis et s^{entibus} successoribus n^{ost}ris, non esse nos, et successores n^{ost}ros, quoad ipse Albertus Krzuczki vixerit, facultatem redimendi eam aduocati^{am} de manibus ipsius cuiquam concessuros, aut permissuros, neq^{ue} nos etiam ipsos successoresue n^{ost}ros, eam ab illo vllam obcausam necessitatemue nostram, aut publicam, quantumuis grauissimam redempturos, verum conseruatu^{ros} cum in usu et possessione ipsius aduocati^{am}, ad extrema vite ipsius tempora. Vita vero functo memorato Krzuczki, si ipsius successores aduocati^{am} ea mouendi essent, non aliter id fieri debere, quam numerata summa pecunia, quae in aduocati^{am} illa legitime sit inscripta, vel ex aestimatione et taxatione ipsius secundum leges facta praevenerit. Quod omnibus quor^{um} interest praesertim vero Oppidanis Veliciensib^{us} notum esse volumus, mandam^{us}, vt commemoratu^m Krzuczki suum esse verum indubitatum a nobis constitutum Aduocatum agnoscant, ac eius iurisdictioni in his quae ad eum pertinent narrant et auacuno Aduocato loci illius debentur ipsi tribuant. Iuris n^{ost}ris regalibus reipub^{licae} in ea saluis. In cuius rei



I G I S M V N D V S T E R T I V S
D E I G R A T I A R E X P O L O N I A E

Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitia, Liouoniae, nec non Suecorum, Gothorum, Vandalorum, hactenus Rex. Significamus presentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis. Quia nos benignam rationem habentes seruitorum Nobilis Alberti Krzuczki notarij Cancellariae nostrae, tum etiam ad intercessionem certorum Consiliariorum nostrorum pro eo apud nos factam, consentiendum et permittendum presentibus literis huiusmodi duximus, ut possit et valeat Aduocatiā in Oppido nostro Veliciensi sui de manibus quorumuis modernorum possessorum, ius et interesse aliquod ad eandem sese habere praetendentium, quorum nomina et cognomina hic pro expressis haberi volumus, iustis pecuniarum summis in ea ipsa Aduocatiā legitime inscriptae non tamen auctis, vel si inscriptae non sint, ex legitima taxatione Commissariorum, prouenientibus redimere: redemptamque cum omnibus et singulis eiusdem aduocatiā commodis, fructibus, censibus, agris, pratis, siluis, nemoribus, fundis, arboribus, hortulanis, tabernis, macellis, tum generaliter attinentiis, pertinentiis, et obuentiōibus vniuersis, ad eandem Aduocatiā legitime spectantibus, nullis penitus exceptis, aut pro quoquam alio reseruatis, prout a prioribus possessoribus tenebantur, et possidebantur, eidem Alberto Krzuczki ad extrema vitae illius tempora pacifice et quiete tenendam, habendam, et possidendam, damus, et concedimus, Promittimusque pro nobis et successoribus nostris, non esse nos, et successores nostros, quoad ipse Albertus Krzuczki vixerit, facultatem redimendi eam aduocatiā de manibus ipsius cuiquam concessuros, aut permissuros, neque nos etiam ipsos successoresue nostros, eam ab illo vllam ob causam necessitatemue nostram, aut publicam, quantumuis grauissimam, redempturos, verum conseruaturos cum in usu et possessione ipsius aduocatiā, ad extrema vitae ipsius tempora. Vita vero functo memorato Krzuczki, si ipsius successores aduocatiā ea mouendi essent, non aliter id fieri debere, quam numerata summa pecuniae, quae in aduocatiā illa legitime sit inscripta, vel ex aestimatione et taxatione ipsius secundum leges facta praueuerit. Quod omnibus quorum interest praesertim vero Oppidanis Veliciensibus notum esse volumus, mandauimus, ut commemoratum Krzuczki suum esse verum indubitatum a nobis constitutum, Aduocatum agnoscant, ac eius iurisdictioni in his quae ad eum pertinent pareant, et quacumque Aduocato loci illius debentur ipsi tribuant. Iuris nostris regalibus recipi in ea saluis. In cuius rei fidem presentes manu nostra subscripti, sigillo regni nostri consignari mandauimus. Data Graecorū Conuentu regni generali die xxvj mensis Martij Anno Domini Millesimo, Cingentesimo, nonagesimo, quinto Regnorum nostrorum Polonici Octauo, Suetici Secundo.

Significamus Rex

Le. Tylichowski
R. Krzuczki

No 3110

Handwritten signature

1595

Consensus redimen. *Handwritten*
Videtur. *Handwritten*
1595